

*Q. D. B. V.*

15.

De

PRIMIS

# IDOLOLATRIÆ INITIIS

DISSERTATIO ACADEMICA,

*Quam*

uffragio Ampliss. Facult. Philos. in Re-  
gia Universitate Aboënsi,

Suffultus PRÆSIDIO

•*Mag. J O H A N N I S*  
*HAARTMAN,*

*Phil. Theor. Prof. Reg. & Ordin.  
h. t. Decani spectabilis,*

Publice ventilandam modeste  
proponit

*S. R. M. Alumnus*

*LAURENTIUS EREDASH*  
*Wex. Smol.*

Ad diem in Audit. Max. viii. Martii  
M. DCC. XX. IX.

---

*ABOÆ, Impr. R.A. Typ. E. Flodström.*

Kongl. Maj:ts  
Tro-Lienare och Ammiralitets  
CAPITAIN,  
Adle och Välborne  
**Herr J O H A N  
WILLHELMS,**

Min gunstige Herr PATRON  
Och Välgynnare.

**G**wad hålst är niutit åhren om  
Nu trenne / sedan först jag kom/  
Och jag den förmån nådde  
Ei hinnest at erfara få :  
Med hedet borde talas å/  
Det jag det hålst förmådde.  
Men fast iag finner mig förtvag  
De losord gie/ som tactjam lag.

Nu hinner mig ej spara;  
Ån mindre någon gåsva te /  
Som skulle låta wilja se.

Sig wedergiälning wara.

Dock kan iag ej så twinga mig /  
Hållst nu tilfallet uppadt sig /

Att iag alt borto lämnat:  
Er fromhet/ hoppas iag/ wål ser  
Af prosjvet/ som iag nu framiter/  
Hvart han skift wiljan åmuar.

Med välgång fröne Himlen Er /  
Er lefnads dagar giöre fler

I fällhet all och nöje/  
Och sidst när här alt andras säl /  
Er HErren til sin Helgons tal /  
I ährans land upphöje !

Wålborne Herr Capitainens

Hdmius-hörjamste Tienare

LAURENT. Efedahl.

# CORNETTEN

Af Jönköping's Cavallerie  
Regemente /

Wälborne


Herr C A N U T  
Ö R N B E R G /  
Min Högtåhrade klare Swåger.



Alfan eit nog betacka den  
Benägenhet jag funnit  
hos Eder diven, förr och sen  
Jag i Er Fråndslap hunnit;  
Doch tagen wålment hwad jag hår  
Har bordt och welat dela  
Til ett bewiss, at jag ju är,  
Dö skal der wid ett fela.

Herr Swågers

Tienst-hörsame Tienare  
LAURENT. Eledahl.



I. N. J.

## PROOEMIUM.

§. I.



oluit Crea-

tor omnium po-  
tentissimus juxtaq;  
sapientissimus in  
temporis principio, ex arcana Ma-  
jestatis suæ sede prodiens, sese no-  
bis manifestum redder, non tantum  
lege, quæ cordibus nostris est inscri-  
pta; sed etiam operibus suis, qvibus  
se ipsum testimonii expertem nec  
reliquit. Ex qvibus etiam cuivis con-

▲

stare

stare potest, non de vera modo illius existentia, verum etiam obsequio, veneratione & cultu, qui maxime ei debetur. Ejus inter alia insigne testimonium est hocce Pauli: **a).** Hujus vero illud: **b).** Dolendum tamen, quod, plurima pars hominum, inditum animis lumen, nec recte excoluerint, nec ad ea rationum momenta debito modo attenderint, quibus ad rectam de DEO notitiam deduci potuissent; sed vel suffocaverint illud, vel in stolidia sua superstitione præfracie permanferint, quod notius est, quam ut multis opus sit jam exponatur. Unde, & illud evenit malum, quod cultum, summo Numini exhibendum, horrendum in modum depravaverint, cumq; variis deinde inventis mutaverint, ut tandem in illud res desineret, quod ἡλαξαν τὴν δόξαν τὸς αὐτοῦ Θεὸς ἐν ὁμοιώματι τούτοις Φθαρτὶς ἀνθρώποις, καὶ πεπιῶται, καὶ τεραπόδων, καὶ ἐπετῶν c). Hem exēcrandam Idololatriam! cuius caussas plu-

plurimas quoq; adducit Vossius. *a)*  
 De ejus vero mali initiiis, pauca cum  
 jam sint disquirenda; fac L. B. ut,  
 sveta æquanitatem, omnia in meli-  
 ore partem interpreteris.

*a) Rom. II: 15. b) Rom. I: 19, 20.*

*c) Rom. I: 23. d) Vossius in notis ad  
 Maim. de Idololatr.*

## §. II.

**Q**uum accuratior rerum expositio  
 a nominis aliquando pendeat exa-  
 ctiore evolutione, e re esse jam vi-  
 detur, ut paucis etiam titulum alli-  
 gatum enodemus. Est igitur Idolo-  
 latria vox origine græca, ab *εἰδωλῳ*  
 & *λατρείᾳ* composita; illud vero ab  
*εἴδω* *video* derivatur, qvia in Idolo  
 hujus vel illius imaginem *terminus*.  
 Sic vi vocis *εἴδωλον* significat simula-  
 crum, vel formam aliquam nudam,  
 quæ respectu corporis ipsius, quod  
 exprimit, umbra tantum est, & ita  
 semper aliud aliqd denotat. Pro-

inde, satis videtur accommoda esse  
hæc vox fictitiis gentium diis, de quibus ait Apostolus : ἀδειος εἰδωλον εν κόσμῳ. e) In se enim nihil est Idolum, nec vim Numinis habet : sed res vana est, & merum cerebri humani segmentum ; cui in lingua Hebræa respondet vocab. אֱלֹהִים ab אֱלֹהָן, quod rem nihili significat f) eoq; modo idem ipsum intendit. Idololatria autem vi vocis spectata , cultum notat idoli , simulacri vel imaginis alicujus, ut videre est Lev. XXVI: 1. Jes. II. 20. &c. ex usu autem loquendi, appellatur idololatria generatim, quando cultus alii divinus, quam vero Deo, tribuitur ; sive id res sit verè existens, sive ab ingenio conficta humano, repræsentans id, cuod re ipsa non est. Adeoq; his fundamentis sequentes nituntur definitiones : *Idololatria est, ex uno in multis Dei attributis g).* *Idololatria est contra Deum impietas, honorem illi debitum usurpans, & vendicans creature h).* Unde forte *Ειδολολατρία a Nazian.*  
quo-

quoq; dicitur μετάθεσις τῆς προσκυνήσεως, ἀπὸ τῆς πεπονησίτου, εἰπί ζεύκτισματι <sup>τοῦ</sup>). Facit vero Idololatria Deo fraudem, honores illi suos denegans, & conferens aliis, ita ut fraudi etiam contumeliam conjungat. k)

e) i Cor. VIII. 4. f) Job. XIII: 4.

g) Clemens Alexandr. lib. III. Stromatum. h) Menoch. de republ. hebr.

lib. IV. c. 1. i) Nazian. Or. pan. in nat. Christi. k) Tertull. de Idololatr. cap. 2.

### §. III.

**V**arias autem dari species Idolatriæ, pro rationibus diversis, citra dubitationis aleam habetur; in genere tres imprimis se sistunt: quarum prima est, quum non tam in summo Numine fiducia collocatur, quam in aliis rebus quibuscunq;, quarum in hunc modum mentionem facit, Hieronymus: *num quisque adorans vitia*

tia sua & peccata, Deum habere cœpit, a  
 quo vitius est. Avarus aurum, gulosus  
 ventrem, & quæ reliqua sunt. 1) Altera  
 illa est, quæ versatur circa præsta-  
 tionem cultus, quando ille, humanæ  
 quadam mentis inductione, institui-  
 tur contra ipsius Dei mandatum, v.  
 g. quando Deus in creatura, tam-  
 quam in symbolo, colitur, divinum  
 Numen repræsentante, qualem fuis-  
 se existimamus Israëlitarum in de-  
 serto, circa vitulum Aaronis, cul-  
 tum. Ultima est, quando crea. res  
 colitur pro creatore, & quod Nu-  
 men non est, pro Numine colitur &  
 habetur, quo olim modo Chaldæi  
 & Persæ ignem: Phœnices solem;  
 aliiq; ejusmodi alia, religiose colu-  
 erunt. Prima latens est, fitq; animo,  
 & interna alioquin dici solet: duæ au-  
 tem posteriores patentes sunt, hincq;  
 dicuntur etiam externe. Prima po-  
 test fieri, utut posteriores non fiant:  
 posteriores sine prima vix fieri ne-  
 queunt. Prima posteriorum caussa  
 est & origo, posteriores primam non  
     raro

raro sequuntur. De prima pauca ju-  
dicare potest Philosophus; de poste-  
rioribus plura. Initia vero cuiusvis  
esse obscura jam animadvertisimus.

*l) in Amos Prophet. c. 6.*

### §. IV.

**Q**uidquid sit, ad harum tamen ini-  
nitia inquirenda, Bono cum DEO,  
accessum facimus. Dubium autem  
nullum est, qvin nefanda hæc super-  
stitionis a vetustissimis abhinc tempo-  
ribus sua habuerit principia; sed  
num etiam ad antediluvianos æquo  
extendi jure debeant, majoris vide-  
tur esse indaginis. Nobis non tum  
demum, quando posteri Noachi per  
orbem terrarum dispersi & linguis  
fuerunt divisi, idolatriam cœpisse,  
credibile est; sed statim quidem  
post lapsum primi genitoris. Haud  
obscure enim S. Scriptura innuit,  
Cainum primum fuisse, qui a vero  
Deo defecerit, qvod ex sacrificio illius  
rejecto colligimus. Et hinc de-

in-

inde patet, quod Deum existiraverit nescium fraternæ cædis; tandemque, quod secessionem fecerit a facie Dei seu Ecclesia, inq; devia cum posteris suis sese flexerit m). His si addiderimus, quæ Judæi & Paraphrastæ veteres habent, scilicet : *Cainum docuisse suos, & privatim secum ita sensisse: Deum cœlestia tantum curare, humana Angelis demandasse, aut hominum arbitrio permisisse n*). Annon hisce in hac etiā sententia confirmamur? quo collimant ex eorū mente supplenda ad Gen. cap. IV. g. hac oratione Caini: *veni & egrediemur foras; cumque essent egressi, Cain dixit ad Abel fratrem suum: non est judicium, nec judex, nec seculum aliud, nec merces bona pro justis, nec pæna pro impiis, nec Dei misericordia creatus est mundus, nec eadem regitur. o)* Unde, vix dubitandum videtur, quin Idololatria, si non *craſſa & externa*, ut quidam docent, *interna* tamen in CAINI familia, initio statim sedem suam ha-  
bue-

buerit, ut pauxillo mutato, verba  
Celeb. Hottingeri mea faciam. p)

m) Gen. IV: IX & XVI cap. n) Trib-  
bech. Hist. Nat. c. II. §. 3. p. 4.

o) Onkel. paraph. in cap. IV. Gen

p) Hott. primit. Heidelb. p. 384.

### §. V.

**C**um autem a resto magis magisq;  
indies deflecteret Cain, & gravissimis  
se peccatis densisq; errorum tene-  
bris obrueret, facile est creditu, per-  
versam ejus fuisse prosapiam, Caini-  
tasq; non tantum interna infectos  
idolatria, qva cupiditatibus carnis  
majorem in modu'n litaverint, sed  
etiam externae ingenti addictos fui-  
sse superstitioni; ad quorum tandem  
exemplum alios plurimos seductos  
esse existimamus. Quod in aliis, et  
jam ex his Genesios appareret: *adspic-  
iens Deus terram, & ecce erat corrupta,  
quia corruperat omnis caro viam suam  
super terram q).* Unde, & hos hujus

reos criminis reddit Maimonides, atque ad cultum corporum cœlestium inclinasse animum eorum obtendit: temporibus, inquiens, Enos, gravissime homines errarunt, & stupore obruti sunt animi sapientum illius ævi; imo ipse etiam Enos ex errantium numero fuit. Hic autem fuit error eorum, ut dicarent: ecce Deus creavit stellas & spheras istas ad regendum mundum, easq; in sublimi posuit, & honores participes fecit, & illis ministri utitur; merito profecto laudemus eas, arg; extollamus, & honorem illis impertiamur. Arg; hac voluntas ipsius Dei benedicti est, ut magnificemus & veneremur quæcumque ille evexit, & honore affecit, perinde ac Rex ministros suos honorandos vult, qui honor est ipsius regis r). Nec ab his sequentia sunt aliena: Nach dem die Menschen Gottes wort hinein ansetzen, und der verderbten vernunft nachfolgeten; so thaten sich bald hervor diese zwey laster, der Atheismus und die Abgötterey. Gener war bei denen Gottlosen Cainiten vor der Sündfluth sehr gemein. Diese that sich hervor &c. s) Apud Seld-

denum refert Beidave, t] quod viri celebres fuerint, qui inter Adamum & Noachum vixerunt, quibus demortuis, statuas erexerunt superstites in perennem eorum recordationem, quae coli deinde a posteris coeperunt. Et Keflæus in vitis patrum antediluvianorum u) Caini posteris quinque idola fuisse affirmat, ad formam Cain filiorumq; ejus expressa. Josephus autem ait: x) *Homines per septem generationes perseverasse, unum Deum collentes, unum rerum Dominum, semperq; virtutis respedum habentes: procedente dein tempore a patriis institutis degenerasse; unde Deus iratus diluvium immisserit.*

q) Gen. IV. 12. r) Maimonid. tractat.

de idololatri. esp. 1. s) Adam. Erd.  
Miri Biblio. antiqu. Lexicon.

t) Selden. de Diis Syr. prol. c. 3. u) Beijerus in add. ad Seld. de Diis Syriis.

x) Antiq. lib. 1. c. 4.

### §. VI.

**P**ost diluvium, quamprimum radices

ces iterum germinare cœpit idolo-latria, nec certiora habemus quam illud, quod primis statim seculis locum obtinuerit ; in tantum tamen crevisse venenosa hæc cicuta, tamq; late ramos egisse videtur in orbis totius incolas circa tempora Abrahæni, ut inter eos etjam, qvi genealogiæ Christi fuerunt inserti , inventa fuerit, qvod in aliis, exemplo Labani, cuius Teraphim Rahel abstulerat, liquet y). Sed quibus Auctoribus originem debeat, & penes quas gentes tum primitus exculta sit, varii iterum varia sentiunt. Quod ad prius illud attinet: alii *Chamum* faciunt auctorem: alii filium ejus primogenitum sc. *Chus* : alii Chusi filium *Seba*, unde Sabæi : alii Chusi filium *Nimrodum* turris Babelicæ exstructorem : alii alias z). Nos autem certum neminem venditamus in tanta rerum vetustate ; fieri enim potuit, ut quisque pro sua parte peculiare aliquid, in Zizaniæ hujus incrementum , contulerit, ita: ut alter de- lu-

Iubra, in nefarii hujus cultus usum, primus exstruxerit; statuas alter primus erexerit, & sic ulterius, quorum ex parte auctores evadere potuerint. Quod ad posterius, initia infelicis hujus lolii Sabæis deberi Hottingerus contendere videtur z). Nec D. Adamus Tribbechovius ab hac sententia alienus est. aa) Verba ipsius Tribbechovii illic hæc sunt: *Hoc  
rum Naturalistarum, seu Gentilium Phi-  
losophorum historia adinā ferme est,  
nisi quod Judeorum quedam scripta men-  
tionem faciant Sabiorum, qui philosophia  
laude ante diluvium floruerint hostes ve-  
ri Dei cultus, scientiarum autem omnium  
inventores, & quæ plura illic haben-  
tur. Spenceerus vero, quamvis ad-  
mittat inter gentes vetustas fuisse  
Sabæos, adeo ut multis annis Abra-  
hami natales anteverterint; in tan-  
tum tamen abest, ut malum hoc ab  
iis inventum agnoscat, ut potius af-  
firmet, originem duxisse illud a Chal-  
dæis & Babyloniis, atque ab iisdem  
cultum Numinum hauisse.* bb) Ne-  
que

que tamen numerus eorum exiguus est, qui incunabula sua habuisse idolatriam ab Ægyptiis volunt. Si Herodoto fides est habenda, dicit ille : *Ægyptios XII Deorum cognomina primos in usu habuisse, & Græcos ab iis fuisse mutatos ; illos etiam aras, simulacra & delubra primos Diis posuisse ec.* Lucianus etiam : *primi, inquit, hominum Ægyptii, dicuntur & Deorum notitiam percepisse, & templorum constituisse & delubra, convenerunt, solennes edidisse ; primi etiam nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt.* Non multo post tempore Assyrii ab Ægyptiis doctrinam de Diis acceperunt, & sacra templaque erexerunt, in quibus & simulacra posuerunt & statuas dedicarunt ad). Eutychus Alexandrinus ex versione Pocockii apud Classenium : *Cælum alii coluerunt, alii solem, alii lunam ; primi autem hoc fecerunt Ægyptii ee.* Ex recentioribus Seldenus : *Ægyptii, inquit, longe ante alios, obridiculam Deorum turbam, infames sunt ff.* Quibus addimus hocce Pfanneri : *metum est, quam facile vitia, & præser-*  
*tins*

tim impia sacra & propinquis gentibus po-  
pulus iste (*Israeliticus*) traxerit, ut adeo  
recens ex *Egypto* venientibus *Ægyptiorum*.  
Deorum memoriam hæfisse, non immerito  
suspiciari licet. gg] Hocque tandem  
Marsham adponimus: *Idololatria a*  
*Phœnicib[us] quidem propagata est, sed ab*  
*Ægyptiis est inventa, imo: omnia Deorum*  
*nomina inde petenda sunt bb).* Si ex  
nostro qualicunq; judicio, etiam no-  
strum jam teruncium liceat addere,  
ad conciliandas has diversas senten-  
tias: ex accuratiori inspectione ho-  
rum auctorum patere existimamus,  
multos scriptorum *Judeorum* ad tem-  
pora antediluviana referre initia cul-  
tus idololatrīci: Græcos & latīnos  
Scriptores profanos ad post diluvia-  
na. Jam si scripturam consuluerimus,  
patebit forte Chaldæis & Babyloniiſ  
deberi prima principia, hosq; cul-  
tus apud *Ægyptios* majora acquisivis-  
se in gradu excellenti postea incre-  
menta; unde ad plurimas deinde a-  
lias gentes, hunc torrentem profa-  
narum superstitionum erupisse, &  
ipsis

ipsis sua deinde dedisse deploramus  
initia. ii]

y) Gen. XXXV: 4. z) conf. Ravanello  
Biblioth. ad vocem Idololatr. p. m.  
1200. aa) Hotting. Thes. phi. p. 56,  
57. bb) ad. Tribbech. in hist. Nat. c.  
2. §. 5. p. 5. cc) Spenser. de leg.  
Hebr. lib. II. c. i. dd) lib. II. c. 4.  
ee) de Dea Syria. ff) Theol. Gent.  
lib. I. c. 4. gg) de Diis Syriis in prolo.  
p. 56. hh) Syst. Theol. gent. lib. I.  
c. 4. ii) Can. Chron. p. 34. kk) conf.  
Dad. Rungii Comm. in Gen. c. XI. p.  
372. Tribbech. Hist. Nat. c. 3. §. 2.p.  
7. Pet. Van Mastricht Pr. Tb. lib.  
VIII. c. 1. p. m. 978.

## 6. VII.

**U**T lucem tamen dictis fænere-  
mur majorem, faciamus itaq; ad tres  
filios Noachi regressum, inquiren-  
do, apud quem maxime eorum pri-  
mordia hujus criminis immineant.  
Obvenit autem non sine caussa eo no-  
mi-

rine, præ ceteris suspecta prosapia  
 Cham i; erat enim hic primum pa-  
 tris sui derisor, ab eoē; cum suis po-  
 steris naledicētus, & arti etiam næ-  
 gicæ addictus, ut quidam volunt //].  
 Cujus deinde editioni subj. Etiam pla-  
 gam fuisse meridionalem, atq; il-  
 lum terrarum tractum in prīnis,  
 qui posterioribus temporibus *Egyptus*  
 est nominatus, ex Scriptura &  
 aliis Scriptoribus haud pauci eunt  
 probatum //m). Insuper & hoc fa-  
 cere videntur, pro afferendis initiis  
 Idololatriæ Cham o & ejus propagini,  
 fabulæ Poëtarum, de quibus passim fa-  
 ciunt mentionem, utpote inter ali-  
 os, Saturni, Jovis, Neptuni & Plu-  
 tonis : quod autem per Saturnum  
 Noachum respiciant, per Iovem  
 Chamum, per Neptunem Japhetus,  
 atq; per Plutonem Senūr, plurim  
 asleverare conantur. Ast, quod Cha-  
 mo, minimo natu filio Noachi, pri-  
 num assignent locum, eumq; præ-  
 primis in senatum Deorum adsciscant,  
 forte ideo est, ut hoc sub nomine

initia idololatriæ ad alias gentes, quan-  
tum sator erat, referant. Atq; ab  
his fontibus Chamitarum, ad Japhe-  
ti deinceps progeniem, emanasse il-  
lad malum, nobis persuasum habe-  
mus; Semí autem posteros ultimo  
hoc infectos fuisse veneno; sive imi-  
tatione fratum, sive aliis Satanæ  
fraudibus & imposturis allectos, pu-  
tamus. Verum, tempus illud, quo  
se huic primum dementiæ dederint  
etiam Semitæ, præcise determinare  
nequimus: circa Tharachi quidem  
tempora, irreplisse in hanc famili-  
am, ex libro Josuæ constat: *Utræ*  
*enim, inquit illæ, flumen Euphratem*  
*habitarunt majores vestri olim Tharac,*  
*pater Abrahami & pater Nachoris, cole-  
bantq; Deos alienos, nn).* Nonnulli  
in generatione hac ortam fuisse Ido-  
lolatriam existimant circa Eberi æ-  
tatem; alii circa Saruchi: nos il-  
lis consentimus, qvi tempore Sa-  
ruchi jacta esse volunt fundamenta  
illius; sub vero Tharacho cum ri-

tibus quibusdam exerceri cœpisse,  
statuunt.

*H) cons. Berol. lib. III. cap. 8. mm) hos  
inter Vossius de Idololatr. lib. I. cap.  
28. nn) cap. XXIV. 2.*

### §. VIII.

**S**ed vero, an corporibus primum  
cœlestibus divinos exhibuerint ho-  
nores; an vita placide defunctos  
religiose coluerint; vel statuas in  
mortuorum memoriam colendas po-  
suerint; vel Deum sub symbolo a-  
liquo venerati fuerint; vel an res  
deniq; quascunq; adoraverint: est  
illud, quod in medio seponimus,  
quum qvid exacte ea de re statuen-  
dum sit, ex antiqua temporum illo-  
rum historia, fide alioquin dignissi-  
ma, non satis constet, & abeant  
præterea, quod ad hanc rem spe-  
ctat, multi in partes diversissimas.  
Suffragamur eorum maxime testimo-  
niis, qui ex nimia admiratione si-

derum cœlestium, eorumq; veneratione, prima cepisse initia hunc cultum dicunt: horum quippe imperium intuentes, divinitatem mox temere mentiti sunt, haud alium Deum, præter illum, a quo sumum lucis solarium, tenebrarum silentium, statuam noctium, dierum annorumq; vicissitudinem, & tempestates denique dispensari visum est, agnoscentes; quia ea fere est æqualis hominis conditio, ut quæ multum admiretur, colere quoq; videatur. Hinc, eruditus pariter ac diligens antiquitatum persecutator Diodorus Siculus, caussam prius idoliatriæ sic reddit: *homines antiquissimos, mundum suum se contemplatos, nec ab aliis stupore admiratos universi naturam, existimasse esse Deos aeternos, ac primos solem & lunam, quorum illum Osiriant, hanc Ism appellari oon.* Eodem & hæc verba Maimonidis tendunt: *dixerant quod reliqui planetae sunt Di, sed sol & luna sunt maximi Deorum. Invenies id quod manifeste dicunt, quod*

sol regit mundum superiorem pp). Denique & Beijerus pro nobis facit dicendo: ex cunctis natura partibus, primum solem delegisse mortales, credere par est, cui divinos honores deferrent; quod publicæ lucis fontem, mundique socius animum mentemq; restorem fideturum tempestatumq; moderatorum, cuncta audientem, cuncta videntem cernerent qq). Omnia vero vetustissimum esse cultum solis, ex dicto quodam Jobi constat, ubi in hunc modum culpam a se violatae religionis removet in superstitione solis lunæq; cultu: num vidi lucem quod splenderet, & luna quod clara ingredieretur. Et seduxit sese in occidente cor meum? & osculara est manus mea os meum? rr) Atque, his ita sacratis, eo deinde dementiae d. lapserunt, ut cultum ad varias quoq; picturas, imagines, statuas arborias, æneas, argenteas aureasq;, sive angelorum, sive alias creaturæ faciem repræsentantes, applicuerint; vel ut easdem pro summo Numinе habarent, aut velut intermedia quadam

Nu-

Nunira colarent, quem cultum extraneo appellare solent. Sed utcumque hunc cultum exercuerint, idololatraru[m] tamen nomine merito debent salutari. Tandemq[ue] res quas cunis col r[es] occuperint.

oo) lib. 1. Biblioth. pp) in more Nebochim lib. III c. 30 qq) ad Seld. de Diis Syr. p. 38. rr) Job. XXXI. 26, 27.

## 6. IX.

**P**ostea etiam in tantæ impietatis baratrum inciderunt, ut vix vita defunctos, saepe ne hominum quidem consortio dignos, Deorum instar venerati sint, quod factum sine dubio est; vel ideo, quia tetigerit illos, post mortem, eorum desiderium; vel, quia insigne aliquod emolumenterum, dum vixerint, in eos contulerint; vel demum, quia alio quodam modo præ ceteris insigniter admirandi sint illis visi. Qua de re nec incommodè agunt sequentia Athana-

rasii: *Idola enim pro rebus veris effigiae ave-*  
*runt, & in cultu honoribusq; præstandis, ea*  
*quæ nulla erant, Deo qui erat, prætulerunt,*  
*creataram super Creatorem venerantes,*  
*& quod deterrimum est, in ligna, in la-*  
*pides, in quamlibet materiam, in homines*  
*deniq; Numinis majestatem transtule-*  
*runt. Quid, quod & ad eam impieta-*  
*tem devenerint, ut etiam dæmones co-*  
*luerint, eosq; Deos appellarent ss).* Fue-  
 runt autem inter hos, quibus, ut su-  
 pra fastigium humanum positis, cul-  
 tum tribuerunt, etiam apud Ægy-  
 ptios, Chamus, filius ejus Misraim,  
 uxor quoque hujus, nec non ejus-  
 dem farinæ alii; de Chamo enim  
 ait Bochartus: *Cham in Africa steri-*  
*les arenas ablegatus est, ubi per multa*  
*secularia, sub Numinis Jovis cultus est* *tt).*  
 Quod vetustissimæ quoque appella-  
 tiones Numinum ad Ægyptios per-  
 tineant, Auctores convincunt, ut-  
 pote: Jupiter Hammon, Osiris &  
 Isis, & quæ reliquæ sunt. Modum  
 vero colendi quod attinet, symboli-  
 cum primum in usu fuisse cultum

putamus, qualem Arnobius his versibus exponere videtur: <sup>ss)</sup>

*Nam Deus est, quod imago docet, sed  
non Deus ipse,  
Hanc videas, sed mente colas, quod ser-  
nis in ipsa.*

Sed hunc demum ultima secuta est dementia, quod symbolis non tantū, sed rebus etiam quibusvis Numen inesse credidrunt, ipsisq; cultum præstiterint divinum. Ex quibus initis, quod omnis, ut aqua ex fonte, Idololatria, ubicunq; loci hodienum adhuc viget, emanaverit, concludere forte licebit.

<sup>ss)</sup> Athanas. de incarn. filii Dei.

<sup>tt)</sup> Bochart. Geogr. Sacr. lib: I. cap. 1.


<sup>uu)</sup> lib. I. contr. gent. p. 65.

### §. X.

**E**sent quid m adhuc multa addenda, quæ ad initia hujus Idololatriæ per-

pertinent; verum, cum sumtus pa-  
 riter ac initituti ratio sit habenda,  
 his leviter adductis acquiescemus:  
 DEO unitrino O. M. quem verum  
 DEum & scimus & veneramur, hu-  
 millimas decernentes gratias, quod,  
 discussis variis horrendis ineptiis, &  
 diræ superstitionis tenebris, quibus  
 immeritus olim fuit, atq; etiamnum  
 est orbis gentilium, nos ad lucem  
 suam vocare, verisq; divinæ Scri-  
 pturæ Oraculis illustrare volu rit,  
 quorum fecuti duetum, quem Deum  
 agnoscere, quo ritu, quave mente  
 eum nos colere in universum  
 deceat, edocemur &  
 lætamur.

**Cui sit Soli gloria !**



Ingenio, Doctrina & virtutibus,

Politissime

DN. ERE DAHL/

Amice singularis.

**Q**uod non detur ad Musas cur-  
rere lata via , nec iter rosis  
stratum ad Helicona emetiri, illi præ-  
sertim neverunt, qui nevercantis for-  
tuna sevitiam ab ipsis incunabulis ex-  
perti sunt. Quibus felicior fors sum-  
ptuosum & omni rerum abundantia  
affuentem educationem concessit, igno-  
rant illi quantum molestie, laboris &  
tædii devorandum sit gravissimo pau-  
pertatis onere oppressis. Ut his magne  
est turpitudini, si in tanta affluentia  
non cupiant eniti: Ita e contrario ,  
eorum virtuti, qui iniquitatem Fa-  
torum præclara industria superant,  
tanto majores debentur laudes. Ve-  
xavit hæc Te certe, si alium unquam,  
Fati inclemensia , amicissime Efe-  
dahls dum in tenera etate, utroque

pa-

parente orbis, quasi ad omne fortune  
ludibrium expositus esse videbaris. At  
virtuosa tua insolens premi quidem, non  
vero opprimi potuit, parumque pensi  
habuit, quidquid subeundum & perfe-  
rendum esset, modo eluctandi spes &  
via foret residua. Itaque cum de mle-  
stiarum difficultatibus, Tuarum cater-  
vis triumphum agere jam publice con-  
neris, applausu aliquo meo, pro ea,  
qua inter nos inde a pueritia, inter-  
cessit amicitia, Tibi adesse & volui &  
debui. Addat, precor, Deus benignis-  
simus honestissimis omnibus Tuis fe-  
lices perpetuo fustigis successus, &  
Te firmiore corporis valetudine post  
hac beat! ceu sincero affectu dovet

Tui amantissimus

NICOL. SCHATELOVIUS,

W. Smol.

10

# Lyckönskning

## Til Herr Respondenten, sin warande Informator.

**S**O målet hindt uppå de wä-  
sas bahn/  
Med tröcta fåt de hårda stigar nöta/  
Hvar hinder azen kenig bråta mista/  
Han prisas bör / at han är tåla-  
wahn.

Så ser man här at I Herr EK:  
Dahlé lagt  
Ej fåfängt an Er tid/ men wüst Ehr  
trägen  
Och mer besitar om wüshet angelä-  
gen /  
Då uppå Er Dvgde = någ hafse  
acht.  
Wål Er ! dersör' / som hunnit re-  
dan har  
**Så**

Så vilda up til Pindi högd och fulla,  
At Pallas sielf / med räckta händer  
fulla /  
Sig lofwar svidt gie åhre blommor  
rat.

Utttrad af

GUSTAV. JOH. WILLHELMSS.  
Holmens.

Eidem.

**I**ntra varia studiorum incommoda,  
quibus cum confictatus es, Praecep-  
tor carissime, constantiam Tuam in  
literis humanioribus, satis comprobat  
indefessus labor & egregia industria.  
Cujus rei testis est, etiam presens hac  
Dissertatio, studia Tua summopere  
commendans. Quapropter, jam qui-  
dem mibi, si possem, intime, gratulard  
deo-

verbisq; plur:mis laudare, conrenires  
verum, cum tenuit ac ingeniali id i-  
psum non permittat: supplex Deum  
precabor, ut, in ſhem patriæ, Tuor: m  
gaudium, meorumq; ſtudiorum pro-  
gressus vivas, valeasq; ! ;

Vobet

OTTO ADOLPH. WILLHELM.

Holmens.

